

224

Τα μετα τα Φυσικα του αριστοτελους.

Metaphysicorū Aristotelis opus. re ip̄a diuinū nouā iuxta Bessarionis tralationē : quā, si forte sermonis te capiat elegātia, nulli p̄fecto sectam ipse p̄babis, candide lector Qd̄ si interpretis queras auctoritatē : eruditionē : atq; in p̄mis fidem absolutissimā, oib⁹ ceteris hanc facile p̄stantiorē inuenies : adeo vt in ea pene verbo verbū redditū asseres, vbi latina grecis p̄tuleris. Cum itaq; eam, q̄ veteri tralatōi deest, elegātiā : cum itē que in argyropilo desiderat̄ interp̄tationis fidelitatem in Bessarionis hac tralatione impense offendas, non est cur eam non eligas, et omnibus optimo iure anteponas.

¶ Accessit operi et id cōmodi, qd̄ libri singuli per cōmentariorū Auerois nūeros : que vt vetusta, ita peripateticis peritis recepta est distinctio, sunt digesti. Adiecta sunt preterea capitib; singulis argumēta atq; cōclusiones capita diuidentes et contextū Aristotelicū ita illustrantes, vt fere expositiōis nō vulgaris loco, illis vti valeas Passim deniq; insperse sunt, sententiarū Aristotelis ex varijs eius libris et locis cōsonantie : que non parū lucis : voluptatis, vtilitatisq; studioso lectori adferent.

¶ Jacobi Fabri Stapulensis. de Bessarionis et Argyropili tralationib; sententia et iudiciū est (*nous ne reproduisons pas ce jugement*). ¶ Accipe itaq;, studiose lector, Metaphysica nostro labore, nō vulgaribus instructa ornamentis et illustrationibus : modo tibi sit ingenium, philosophie et audum et capax. ¶ Lipsie excussit Vuolfgangus Monacensis in regione Grimmensiū sub anno Millesimo quingentesimo .xix.

(*Au feuillet 117 recto* :) Metaphysicorum Aristotelis libri decimiquarti et vltimi finis, iuxta fidissimā illam atq; elegantem doctissimi Bessarionis Cardinalis greci, tralationē Porro in duodecim libris operis huius qd̄ cōmentatiōis, illustratiōis et ornāmēti additū sit codicis marginib⁹, in libri duodecimi fine latius explicatū, legere licebit. Nunc vero deo optimo maxio, qui entīū oīm supremū : eaq; ratione presentis operis obiectū

